

conditiones observare. *Primo* debet retrahere intra annum, & diem; *cap. Constitutus 8. de in integrum restit. ibi. Infra annum, & diem Titul. 9. §. final. lib. 2. Feud. ibi.* "Annali silentio, ex quo sciverit, computando."  
 37 *Secundo* debet offerre integrum pretium ab emptore extraneo solutum, una cum omnibus sumptibus, & expensis ratione contractus necessario factis, ita ut emptor servetur omnino indemnis; *argum. l. Debet autem 27. ff. de edilit. editi. l. Cum dubitatur 3. §. Et si quidem*  
 38 *cap. de Jure Emphyteutico. Tertio* debet refundere factas interea ab emptore in rem expensas necessarias, & utiles, quas ipse consanguineus, vel retrahens fecisset, *l. ultim. §. ff. de impens. in res dot. l. Si servus 25. ff. de pignorat. act. l. 27. ff. de edilit. editi.* Non tamen expensas voluptuarias citat. *l. utilium §. de impens. in res*  
 39 *dot. §. l. sine 32. ff. de administrat. §. peric. tutor. Quarto* debet suo nomine & in suum, non vero in alterius commodum retrahere; non enim potest tale Jus cedere extraneo, qui Jus retractus gentilitii, seu sanguinis est personale, adeoque extraneus nequit esse, & fieri illius participes, aliter rueret natura retractus, qui, ut diximus, introductus est ne possessiones paternæ & avitæ in alienas & extraneas manus deveniant: *Communis.*  
 40 Hinc si proximior consanguineus venditoris ad impediendos alios remotiores consanguineos à tali retractu fraudulenter, & dolose retrahat pro alio extraneo, fingens retrahere pro se, & in suum commodum, peccat contra justitiam & tenetur ad compensanda damna illis inde secuta; *arg. l. Si venditor 14. ff. de in diem additione*, quia illos malitiose impedit à consecutione boni ad quod habent legitimum Jus, privative quoad omnes extraneos, qui nequeunt fieri participes talis Juris, ne, ut diximus, evertatur natura retractus introducta ad hunc specialem finem, ut possessiones paternæ, & avitæ conserventur, & remaneant in proxima posteritate, & familia & non transeant ad extraneos. Sic etiam peccat contra justitiam, & tenetur ad compensanda damna inde secuta extraneus ille, qui emit agrum, seu domum, à Petro pro centum v. g. aureis, sed timens, ne domus, seu ager retrahatur à consanguineo, ut hos deterreat, cum consensu Petri scrivit fraudulenter, & dolose in instrumento, se emisse pro ducentum aureis; talis enim committit dolum, qui in Jure dicitur *Stellionatus* & injuste impedit consanguineos venditores à consecutione boni, ad quod privative quoad ipsum extraneum habent verum Jus: unde si ex tali fraudulenta, & dolosa emptioe, consanguinei patiantur aliquid damnum tenetur extraneus ad compensationem; *arg. cit. l. Si venditor 14. ff. de in diem additione.* Et præsertim si consanguineus habens Jus retrahendi, refundisset tali emptori extraneo ducentos aureos, teneretur ipse extraneus hos centum aureos restituere, quia nullo justo titulo posset retinere: Sic recte *La Croix lib. 3. part. 2. num. 995.* Unde laudabilis est consuetudo illorum locorum, in quibus ad evitandas omnes fraudes, occurrente dubio similis malitiæ, & doli cogitur venditor, & extraneus emptor ad jurandum, quod revera solutum sit tale pretium, & cogitur consanguineus retrahens ad jurandum, quod pro se, & suo commodum, & non pro alio retrahat.  
 (Leges 13. tit. 10. lib. 3. For. Reg. 230. Stylis, 55. tit. 5. p. 5. 6. 7. & 8. tit. 7. lib. 5. Ord. Reg. 70. ad 75. Tauri, 7. usque ad 15. inclusive tit. 11. lib. 5. Recop. Cast. fere antecedentibus conveniunt; discrimen, quod

Ad retrahendum in Hispania, non annus, & dies assignatur: tantum ex istis novem præscribuntur, cum-juscumque sit conditionis retrahere volens: tametsi minoritatem, absentiam, aliamve quamlibet exceptionem allegent; impediti ad retrahendum manent: (1)

tanto, el pariente mas propinquo siguiente en grado la pueda sacar, y asi yayan de grado en grado por todos los parientes del quarto grado.

(1) *L. 8. ejusd. ibi.* Por ende declaramos, y ordenamos y mandamos que los nueve dias contenidos en la dicha ley del Fuero, para que el mas propinquo saque la heredad vendida, que fue de su patrimonio, o abo- lengo, corran contra los menores de veinte y cinco

in eisdem legibus reperitur, non erit præmittendum in leg. 13. de re paterna seu avita dumtaxat pertingitur: si proximior non vult retrahere, (novem dierum fit mentio, gradus non numeratur) alius nequit admitti, nec in casu permutacionis: semper sub juramento sibi & non aliis retractum intendere, asserendo; *Lex 230. huic remedio esse locum; sive res vendita in Castellæ regno sive Legionensi fuerint sitæ, disponit; Lex 55. decidit, re communi vendita, pro eodem pretio esse socium in ea præferendum, quamvis nondum divisionem acceperit, nisi super hacine sit lis jam contestata, aut alienatio facta eum sociorum annuonia: nihil in ea de tempore, intra quod debet retrahi, proponitur; Leges Recop., à quibus Taurinæ, & Reg. Ordin. bene conlate non discrepant, intra novem dies cum pretii consignatione præcedente, & jurata asser-tione, proximiores esse admittendum disponunt: equalis gradus retrahentes si fuerint, non quartum non excedant, rei inter eos erit divisio: si nolumus retrahere, cessat actio, sicut in permutacione evenit: minoribus & absentiam exponentibus, dicto termino transacto, non succurritur: semper patruo seu avunculo filius vendentis habet prælationem: etiam si publica licitatione sit vendita, remedium hoc ingreditur, emptorem indem-nem omnino servando: in aliquam hujus asseri com-probationem, vid. leg. 41. & 44. tit. 28. p. 3.) uno pretio pluribus rebus dividendis, simul omnes redimenda, quælibet autem, si cuius sit pretium seorsim præfixum adhuc retrahenda, quamquam, habita fide de pretio, fuerit vendita celebrata, nam sub fidejussione locum habet retractus; nihilominus quod sit præscriptum, no-lente proximiorè retrahere, sequentem in gradu efficere non valere, usque ad quartum gradum debet admitti, sive non possit, aut noluerit propinquo redimere: socius in re vendita, dominium habens directum seu utile (vid. verb. Emphyteusis) in judicio ad agendum simul cum consanguineo dum se presentant, illorum præferentia demandatur: omnia, quibus ad retrahendum proximior obstringitur scilicet pretii consignatio, novem dierum terminus, & juramentum, socius ad anguem adimplebit. Interpretes omnes legum superscriptarum, si qui-libet majorem elucidationem vellent consequi, reconos-cat, & perlegere attente curet. *Vid. infra artic. seq. ubi de in diem additione tractatur & lex 42. tit. 5. p. 5. no-tatur, quæ legi 41. citat. 4. numer. 40. 41. & 42. pene consonat.)**

Quod emptioe & venditione perfecta, tametsi res vendita non sit tradita, si casu fortuito pereat, damno emptoris perire, liquet ex §. 3. *Inst. de empt. & vend.* ut monet Auctor num. 11. At nihilominus inter alios magnus Cujacius *trat. 81. ad Afric. in contrariam iurit sententiam Innititur ipse L. 12. & duab. seq. ff. de peric. & commodo rei vend. tum & maxime L. 33. ff. Locat. Ex professo vero eum refutavit, responditque omnibus hisce legibus clarissimus Alef. *de eo quod justum est. circa 45. peric. & commo. rei vendit. cap. 2. per 101.**

Inter eos vero, qui tenent perfectum contractum emptiois & venditionis, rem venditam non traditam fortuito casu peremptam damno emptoris perire, non convenit de ratione hujus dispositionis. Vide qui varias vario-rum rationes referunt Alef. *cit. cap. 2. num. 12. & Vas-muth. exercitationum ad obscuriora quædam juris Romani capita cap. 1. per 101.*

Mox

años, quier sean de edad pupilar, ó adulta, y eso mismo contra los ausentes; y que los unos, ni los otros no se puedan ayudar de su menor edad ni de la ausencia, y que haya lugar contra ellos esta prescripcion de los dichos nueve dias, y que no les sea otorgada, sobre esto restitucion, ni rescision del tiempo, salvo que á la letra se guarde la dicha ley del Fuero contra los unos, y los otros:

47 Mox laudatus Alef. *ead. cap. 2. num. 13.* hanc red-dit rationem. "Quid igitur? cape sequentia. Est con-tractus emptiois, & venditionis frequentissimus atque prædeo necessarius, ut dubites, possit ne republica si-ne ejus adminiculo vel per arrham subsistere. De-bebat proinde esse constans, quia aliis continuo va-cillasset subditorum suis per hunc contractum neces-sitatibus prospicientium securitas, vacillasset reipubli-cæ salus: Si hoc, ergo, necesse erat statueri; quod emptioe & venditione perfecta periculum sit penes emp-tiores. Quemadmodum enim rerum pretia continuis mu-tationibus sunt obnoxia; ita timendum erat, ne eo viderescente emptor, æcrescente autem venditor à con-tractu recederet. His proinde vulneribus mederi oportebat, ideoque (quod audisti) necesse erat statuere, quod contractu perfecto, & commodum, & periculum sit apud emptorem. Debebat sane (quod fateamur omnes) utrumque esse apud alterum. Equitas postulat eum sentire commodo, qui sentit damnum, ut hoc pen-setur illo, neque leonina fiant jura. Utrumque vere nisi venditori ferendum, necesse esset ut admittas esse contractum, venditionem nempe perfectam, nullam natam esse obligationem. Nollet enim pretio æcrescente stare contractui venditor, quia ante tra-ditionem (quod non vis) hunc sequitur commodum. De-creverunt vero pretio, nollet emptor; quia dum ven-ditor captat lucrum, damnum etiam ferat necesse est. Utrumque igitur in emptorem conjici prudentissime leges voluit, ut sic contractum (quæcumque obvene-rit sive rei sive pretii mutatio) donaret firmitate, con-trahentes certitudine & Republicam quiete." Sed utrum bene an male disserat Auctor hic, alii dicant.

48 Mihi penitus materiam hanc intuitu videtur Jus Romanum sibi non consentire. Juxta ipsum, ut dictum est, perfecta emptioe, & venditione, res vendita licet non tradita, si perit, damno emptoris perit; At quomodo

Dicto articulo num. asseritur, rei venditæ periculum ad emptorem, si absque alterius contrahentis culpa obveniat, spectare: Auctor additionum idem pertingit; sed præterquamquod insinuat, Cujacium in contrarium ire sententiam, suam retorquet, demonstrando n. 48. ad 50. à justitiæ & æquitatis regulis abhorreere videri quod emptioe perfecta, venditor ipsam rem possit alii vendere, & nihilominus interim, si perit casu fortuito, emptoris periculum sit. Uterque, videlicet, additionum Auctor, & Cujacius ab ordinationibus hispanicis in totum se divertunt: siquidem naturali æquitati consonum apparet sufferre incommoda, qui commoda percipit, & semper quod absque venditoris culpa periculum non contingit, ab emptore est sustinendum. (1) Nec adipsicuit in quo se fundat ille, ad assecrandum abhorreere à dictis regulis, ut interim emptor damnum tolleret obvieniens casu fortuito; videtur similem casum accidere non posse: nulli est facultas denegata, quamvis actio non est bona fide roborata, diversis temporibus rem suam duobus vendendi, & cui sit tradita, si pretium solvit, suis fortis conceditur, præferturque alteri, cui non tradita, licet sit primus in contractu; (2) per consequens, si per traditionem fit dominus, jam tunc iste casus fortuiti periculum patietur, nam res suo domino perit; sed si agitur de duobus emptoribus, neutriusque tradita, primus præferendus erit, cui cum omnia commoda prosint, incommoda non subterfugient; inde provenit, neque sententiam Cujacii, nec num. 48. ad 50. insertam, juri nostro convenire.

(1) *L. 23. tit. 5. p. 5.* Cumplese la vendita en dos maneras, segund digimos en el comienzo deste libro en este titulo, é la una se face en escrito, la otra sin él; é quando la compra se face sin escrito, avienendose el comprador con el vendedor, el uno de la cosa, é el otro del precio, dende adelante el daño que viniere en la cosa es del comprador. Eso mesmo decimos quando se face por escrito, que luego que la carta es acabada é firmada con testigos, dende adelante es el daño del comprador: maguer la cosa non sea pasada al su poder. E esto sería como si oviese comprado algund siervo, ó otra cosa qualquier. E si despues que la vendida fuese cumplida, enfermarse en guiso, que pierda algund miembro, ó se muriese sin culpa del vendedor, ó si oviere comprado alguna otra cosa, é la quemase fuego, ó se derrubase toda, ó parte della, ó se empeorase de otra guisa sin culpa del vendedor. E eso mismo decimos que sería si la cosa se perdiese, ó se empeorase en otra manera qualquier semejante destas, que avieniese sin culpa del vendedor. Cá en estas cosas, ó en otras semejantes dellas, el daño que viene en la cosa compra-da, sería del comprador tan solamente. Otros decimos que cumplida seyendo la vendida en alguna de las ma-neras, que de suso digimos, que la pro, que despues

hoc stare potest cum eo, quod dispositum est in leg. 14. cap. de rei vindicat. In qua habetur: Quod duobus in solidum prædium jure distribuitur, manifesti juris est eum, cui priori traditum est, in devinendo dominio esse potiore. Si venditor emptioe perfecta potest ex jure Romano rem illam alii vendere, eumque facere dominum traditione ipsius, à justitiæ & æquitatis Regulis abhor-rere videtur ut interim ea, si casu fortuito periisset, damno emptoris periisset.

Libet hic sententiam Grotii hac de re asserre: *De 51 venditio (inquit lib. 2. cap. 12. §. 15.) emptioe notandum, etiam sine traditione ipso contractus momento transferri dominium posse, atque id esse simplicissimum. Ita Senecat venditio alienatio est, & rei suæ, jurisque sui in alium translatio: nam & ita fit in permutacione. venditor si actum sit ne dominium statim transeat; obligabitur venditor ad dandum dominium, atque interim res erit commoda & periculo venditoris. Quare quod venditio & emptio constat præstando ut habere liceat & evisionem, item quod res periculo est emptoris, & ut fructus ad eum pertineat atqueam dominium transeat, COMMENTA SUNT JURIS CIVILIS, quod nec ubique observatur, immo plerisque legum Conditoribus placuisse ut ad traditionem usque res commoda & periculo venditoris sit, notavit Theophrastus in loco, qui apud Stobæum est. D.D.*

ARTICULUS V.

Quoad ea, quæ concernunt actiones ex empto, & vendito, & actionem ob læsionem ultra dimidium, & pactum legis commissoriæ, & additionis in diem.

SUMMARIUM.

Quæ sit, & ad quæ actio ex empto: quando oritur: qua



Et quando ex vendito: que sit actio redhibitoria, unde nomen accepit, & cui competat, ad num. 10.

11 Actio estimatoria, seu quanti minoris quid sit, qua comprehendat, cui competat, & quando, & intra quod tempus utraq; ad num. 22.

23 Circa lesionem an in iure civili actio concedatur: quid de iure canonico: infra dimidium an datur restitutio, & quod remedium minoribus propter eam competat: ultra dimidium cui concedatur, & quomodo, si fuerit bona aut mala fide facta, ad num. 37.

38 Intra quod tempus est intentanda, si bona aut mala fide lesio caveatur, ad num. 39.

40 Quid sit lex commissoria, & ad que detur, quando ad emptorem redeat: fructus an debeant restituere: ad quid possit emptor agere, statuto tempore pretio non soluto, ad num. 45.

46 Pactum additionis in diem quid sit, ad que concedatur quando melior conditio offerre intelligitur: quis effectus similis conventionis, & que restituenda, ad num. 51.

52 Que conditiones, ut hoc pactum suum sortitur effectum, sunt prae oculis habenda, ad num. 55.

**A**CTIO ex empto, seu empti est jus quod competit emptori ad consequenda ea, quae a venditore vi contractus debentur, l. Ex empto 11. ff. de action. Empti. Hoc jus seu actio oritur statim ac perfecta, & absoluta habetur venditio, §. 1. Instit. de emptione, & venditione. Non potest tamen cum effectu institui contra venditorem, nisi prius sit pretium ex integro solutum, aut saltem realiter ei oblatum, l. 3. §. ff. de action. emptio. Actio ex vendito, seu venditi est jus, quod competit venditori ad consequenda ea, quae ab emptore vi contractus debentur; Julianus 13. §. 9. de action. empti. Hoc jus seu actio oritur statim ac perfecta, & absoluta habetur emptio; §. 1. Instit. de emptione, & venditione. Non potest tamen cum effectu institui contra emptorem, nisi prius a venditore res tradita sit ipsi emptori; l. Qui pendentem 25. ff. de action. empti. (Ad rem leg. 6. §. 8. l. 62. tit. 5. part. 5. §. 15. tit. 10. lib. 2. For. Reg.)

7 Actio redhibitoria est jus ex empto competens emptori contra venditorem ad redhibendam, id est iterum habendam, vel resumendam rem venditam, & e contra ad pretium, cunctaque in integrum restituenda, quando venditor malitiose occulavit, vel non manifestavit rei vitium, defectum vel morbum, ratione cuius ipsa res, vel ex toto, vel notabiliter est inutilis ad finem, & intentum ementis, adeo ut si emptor scivisset, non emisisset. Et in res communis & desumitur clare ex l. Cum autem 23. §. Julianus, & l. Facto 60. & legibus sequentibus ff. de editio editio. Vocatur autem redhibitoria ab effectu, quem habet; redhibere enim est facere, ut venditor iterum habeat, quod iam habuit, & sic malitiose vendidit, & quia redhibendo id fiebat, idcirco redhibitoria est appellata, quasi redditoria; l. Redhibere 21. ff. de editio editio. Actio redhibitoria competit non solum emptori, sed etiam ejus heredibus; l. Sciendum 19. §. 5. de editio editio. Et potest intentari non solum contra venditorem, sed etiam contra omnes ejus heredes, l. Cum autem 23. ff. de editio editio.

11 Actio estimatoria, seu quanto minoris est jus, quod ob venditam rem vitio laborantem competit adversus venditorem, ad hoc ut tantum restituatur emptori, quanto minoris emisisset, si vitium, vel morbum scivisset. Est in re communis, & desumitur clare ex l. 1. l. 35. §. aliter pluribus legibus, ff. de editio editio. Vocatur autem estimatoria, seu quanto, vel quanti minoris ab effectu, quem habet; tenetur enim venditor restituere emptori tantum pretium secundum peritorem estimationem, quanto minoris emisisset emptor, si vitium, vel morbum rei scivisset: Sic communis Doctorum ex citatis legibus de editio editio. Actio estimatoria, seu quanto minoris, vel quanti minoris competit non solum emptori, sed etiam ejus heredibus; l. Sciendum §. 5. ff. de editio editio.

14 Et potest intentari, non solum contra venditorem, sed etiam contra omnes ejus heredes; l. Cum autem 13. §. 5. ff. de editio editio.

Si venditor ignorans vitium rei, ipsam sine ulla malitia & fraude vendidit tamquam bonam, non tenetur de damnis inde secutis, sed sola actione estimatoria conveniri potest ad restituendum pretium, quanto minoris emptor emisisset, si vitium rei scivisset; l. Julianus 13. ff. de actionibus empti. Si autem venditor rem notabiliter vitio laborantem scienter, & malitiose vendidit emptori, potest conveniri ab emptore actione redhibitoria, vel estimatoria, non solum ad restituendum pretium, vel partem ejus, sed etiam ad compensanda omnia inde secuta damna, textu expresso in cit. l. Julianus 13. in ff. de actionibus empti, ibi: "Qui pecus morbosam, aut tignum vitiosum vendidit, siquidem ignorans fecit, id tantum ex empto actione praestaturum, quanto minoris essem empturus, si ita esse scivisset; Si vero sciens reticuit, & emptorem decepit, omnia detrimenta, quae ex ea emptor contraxerit, praestaturum ei vis igitur ad eius tigni vitio contrahitur, ad id restituendum, sive pecora contagione morborum pecoris perierunt, quod interfecti idonee venisse, erit praestandum; Item qui furem vendidit, aut fugitivum &c." Concordat l. 1. Cod. de adultis actionibus; l. 1. Quare 58. de adultis editio. Est communis.

17 Pro instituenda actione redhibitoria conceduntur sex menses, textu expresso in l. 19. §. final. ff. de adultis editio, ibi: "Tempus autem redhibitoris sex menses atque habet." Pro instituenda autem actione estimatoria conceditur annus integer, textu expresso, in cit. l. 29. §. final. ff. de adultis editio, ibi: "Si autem non fedius beatur, sed quanto minoris agitur, annus utilis est"; & concordat l. 2. Cod. eodem. Quando ob vitium rei conceditur actio redhibitoria, potest emptor intra sex menses loco ipsius assumere estimatoriam; ita tamen ut ea assumpta, variare amplius non possit; l. Si quia 18. in princip. ff. de adultis editio. l. Si is, qui §. 1. ff. de except. rei judic. Si autem intra sex menses emptor nullam intentaverit actionem; potest post illos sex menses adhuc intra annum intentare actionem estimatoriam; leg. Si tamen 42. §. de adultis editio. ibi: "Non nocebit emptori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, vellet intra annum estimatoria agere." Anno tamen elapso nullam amplius actionem, nec redhibitoriam, nec estimatoriam poterit emptor intentare; quia tales actiones in foro externo eo tempore praescribuntur; l. Cum proponas 2. Cod. de adultis actionibus. ibi: "Etiam redhibitoriam actionem sex mensium temporibus, vel quanto minoris anno concludi, manifesti juris est." In foro autem interno nunquam eximitur venditor ab obligatione restituendi, vel compensandi damna per talem deceptionem illata emptori; arg. Regul. 4. Juris in 6. ibi: "Pecus autem non dimittur nisi restitatur ablatum"; & sic communis Doctorum cum Molina disp. 333. concludat. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 17. num. 15. (Doctrina ex num. 7. ad 22. per leg. 64. 65. & 66. tit. 5. part. 5. comprobatur; & per leg. 25. tit. 20. part. 1. regula 4. corroboratorem accipit.)

Actio ob lesionem non conceditur de jure civili, nisi lesio sit ultra dimidium: habetur expresso ex l. 2. Cod. de rescind. vendit. §. 1. Si voluntate 8. Cod. eodem. Sic etiam de jure canonico loquendo de foro externo c. Cum dilecti 3. §. 3. cap. Cum causa 6. de emptio. & vendit. ibi: "Cum conspiceret nobis monasterium in venditione ultra dimidium justis pretii fuisse deceptum; sententiam deo decrevimus, ut praefati cives, aut recepto possessione restituerent memoratas, aut supplerent quantum constaret legitime venditionis tempore justo pretio defuisse." Communis. In foro autem interno etiam infra dimidium ledens tenetur ad restitutionem, etiamsi ex ignorantia, & bona fide leserit; arg. Regul. 206. ff. de regul. juris, ubi dicitur quod iure naturae equum est, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletariem; & concordat Regul. 48. Juris in 6. ibi: Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel factura, (Vid. lit. A, pag. 110. num. 83. in fin. & lit. D, pag. 106. num. 85.) & sic communis Doctorum cum D. Thom. 2. 2. quest. 77. art. 1. Molina disp. 350. num. 5. Pirhing lib. 2. de decr. dist. 17. num. 26. Minoribus 25. annis conceditur actio contra graviter laedentem, etiamsi

lesio sit infra dimidium, habetur ex leg. Quisquis 15. Cod. de rescindend. vendit. & ex toto tit. ff. de minoribus, & Cod. de integram restitutionem. Communis. Sic etiam conceditur ecclesiis, ac communitatibus, eo quod ecclesia gaudeat iure minorum; cap. Auditis 3. de integram restitutio. Communis. (Vid. verb. Alienare praesertim, pag. 87. & 89. in add. novis hisp.) Sic etiam conceditur universaliter omnibus laicis infra dimidium, si lesio facta est ex dolo, & fraude, datur enim tunc actio ex dolo, l. Et eleganter, ff. de dolo malo; l. Julianus 12. ff. de action. empti. Et ratio est, quia frus, & dolus alicui patrocinari non debet; cap. Ex literis 2. de dolo, & contumacia. cap. Sedes 15. & cap. Ex tenore 16. de rescriptis; cap. Tuae 12. de Clericis non residentibus. l. Si in fundo, ff. de rei vindicatio. leg. Cum hi, ff. de transact. §. 1. Si legatarius, Cod. de legatis. (Vid. praeced. art. 3. num. 15. lit. D, p. 115. num. 19. Repete num. proxim. notat. cum leg. 56. tit. 5. part. 5. tit. 3. part. 7. & leg. 2. tit. 11. lib. 5. Recop. Cast.)

29 Ob lesionem ultra dimidium competit actio venditori contra emptorem; l. 2. §. 1. 8. Cod. de rescind. cap. Cum causa 6. de emptio. & venditione. Communis. Item competit emptori contra venditorem. In correlative enim oppositis, ut sunt emptor, & venditor, quod statutum de uno, censetur etiam statutum de altero, si eadem de utroque militat ratio, (Vid. lit. A, pag. 198. in fin. num. 15.) ut hoc casu, arg. leg. final. Cod. de Indict. §. 1. Cum emptor 5. de rescind. vendit. Sic communis Doctorum cum Abbat. in cit. cap. Cum dilecti num. 3. Molina disp. 349. Pirhing. lib. 3. de decr. tit. 17. num. 25. Reiffenstuel loc. cit. num. 335. Haunold. tract. 10. cap. 1. num. 340. Lesio ultra dimidium eodem modo, & aequo modo computari debet in venditore, & emptore. Sic Glossa in cit. leg. 2. Cod. de rescindend. vendit. §. 1. in cit. cap. Cum causa 6. de emptio. & vendit. verb. dimidium, Covarrub. lib. 2. variat. resolut. cap. 3. num. 8. Gutierrez 2. part. 24. quest. 133. Lessius cap. 21. num. 20. Reiffenstuel loc. cit. num. 336. Pirhing loc. cit. num. 25. dicens hanc sententiam esse communem, veriore, & aequiore, licet Fachin. lib. 2. cap. 16. Mysing. centur. 4. observ. 73. num. 4. & alii contrarium sentiant. Vid. art. 1. n. 17. 18. & 19. Emptor ultra dimidium ledens tenetur, vel defectum pretii supplere, vel rem iterum restituere; textu expresso in cit. leg. 2. §. 8. Cod. de rescindend. vendit. & in cap. Cum dilecti 2. de emptio. & vendit. ibi: "In arbitrio emptoris est, si velit supplere justum pretium, aut venditionem rescindere, cum res minus dimidia justis pretii comparatur." & concordat cap. Cum causa 6. eodem tit. per verba adducta supra num. 24. Sic etiam venditor ultra dimidium ledens tenetur, vel excessum pretii restituere emptori, vel rem venditam iterum recipere, restituitur toto pretio accepto. Sic communiter omnes citati Doctores ob paritatem rationis; arg. cit. leg. 2. §. 8. Cod. de rescindend. vendit. & cit. cap. Cum dilecti 3. & cap.

Cum causa 6. de empti. & vendit. Nec emptor, nec venditor satisfacit restituendo tantum, quantum sufficit, ne lesio sit amplius ultra dimidium, sed debet integre restituere totum id, quod deest justo pretio. Sic communis Doctorum, arg. cit. leg. 2. §. 8. de rescindend. vendit. cit. c. Dilecti 3. & cap. Cum causa 6. de emptio. & vendit. (Vid. in fin. art. 1. in add. novis hisp.)

Quando lesio ultra dimidium facta est bona fide, & emptor iterum restituit rem emptam, potest fructus interea perceptos sibi retinere in utroque foro, arg. Cum ad nostram 11. de reb. ecclies. alienan. vel non; ubi ob enorme dispendium illatum monasterio ob venditionem feudi, jubetur emptor recepto pretio feudum restituere, fructus autem interea perceptos retinere permittitur, ibi: Cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore. Sic Gutierrez 2. part. 99. quest. 134. Molina disp. 349. Layman lib. 2. c. 24. Lessius lib. 1. cap. 11. dub. 15. Pinell. part. 4. num. 1. Reiffenstuel loc. cit. num. 343. & alii passim. Si per legis dispositionem emptor ille potest fructus interea perceptos sibi retinere in utroque foro, ex eo quod lesio illa ultra dimidium facta fuerit non mala, sed bona fide, non apparet, cur debeat restituere, in quo factus est ditor. Dum enim rem emptam cum lesione retinebat, ipsam bona fide retinebat, ac semel ac lesionem esse cognovit, rem emptam restituit, nullus igitur in tali emptore dolus apparet, nulla intentio nocendi proximo; adeoque si permittitur ipsi fructuum perceptorum retentio, cogi non debet ad restituendum id, in quo factus est ditor eo tempore, quo rem emptam bona fide possidebat. Quando vero lesio ultra dimidium facta est mala fide, seu dolose, & fraudulenter, tunc emptor tenetur una cum re etiam omnes fructus perceptos restituere. Et ratio est, quia nemo debet ex iniquitate sua commodum reportare, & fraus, & dolus alicui patrocinari non debet per Jura cit. supra num. 28. Quando lesio est facta bona fide, & rescinditur contractus, venditor tenetur refundere emptori expensas, quas interea in necessarias, & utiles rei meliorationes fecit; Universaliter enim bona fidei possessori casu, quo res iterum restituitur, sumptus, ac meliorationes restitui debent; leg. Si praedium 16. Cod. de praedicti minor. Communis. Actio contra laedentem ultra dimidium bona fide institui potest usque ad triginta annos; Glossa in cit. l. 2. Cod. de rescindend. vendit. & communis Doctorum, arg. l. Sicut 2. Cod. de praescripti. 30. ann. Contra laedentem vero mala fide potest institui actio usque in perpetuum, quia cum mala fide nullo tempore praescribitur; textu expresso in cap. Quoniam 29. de praescriptionibus, ibi: "Definimus, ut nulla valeat absque bona fide praescriptio tam canonica, quam civilis;" & Reg. 2. Juris in 6. (Leg. 54. tit. 5. part. 5. Vid. leg. 9. §. 18. tit. 29. part. 3.) ibi: Possessor mala fide nullo tempore non praescribitur. Communis.

Pactum legis commissoriae, seu lex commissoria est pactum

Si lesio ultra dimidium justis pretii ex parte emptoris, sive venditoris intercedat, lapso quadriennio spirat actio contra laedentem: (1) nulla circa hoc inest dubitatio; sed praetermittendum non est, ultra dimidium lesionem in contractibus, qui ad aliqua opera faciendi reperiuntur celebrati à Lapidibus, Structoribus, aliisque Artificibus, & Officialibus locum habere non posse: nam quocumque in tempore, post celebrationem contractus, sive postquam opera fuere ultimo addita pretio, in quo hujusmodi actio ultra dimidium fuerit deducta in iudicio, est contentenda, superque illam audientia deneganda. (2)

(1) L. 1. tit. 11. lib. 5. Recop. Cast. Si el vendedor, ó comprador de la cosa dixere, que fue engañado en mas de la mitad del justo precio, así como si el vendedor dixere, que lo que valió diez, vendió por menos de cinco maravedis, ó el comprador dixere, que lo que valió diez, dió por ello mas de quince: mandamos que el comprador sea tenido de suplir el precio derecho que valia la cosa al tiempo que fue comprada, ó de la dexar al vendedor, tornandole el precio que rescibió, y el vendedor debe tornar al comprador lo demás del derecho precio, que lo llevó, ó de tomar la cosa que vendió, y tornar el precio que rescibió; y esto mismo debe ser guardado en las rentas, y en los cambios, y en los otros contratos semejables; y que haya lugar esta ley

en todos los contratos sobredichos, aunque se haga por almoneda del día que fueren hechos fasta quatro años, y no despues.

(2) L. 3. ejusd. Porque los oficiales de cantería, y albañilería, y carpintería, y otros oficiales toman obras de Concejos, y otras permatas á hacer, y despues de hechos los contratos, ó rematadas en ellos las obras, alegan engaño en mas de la mitad del justo precio, seyendo expertos en sus officios, de que resulta agravio á los que hacen las obras, y dilaçion: por ende mandamos que de aqui adelante los tales oficiales no puedan alegar haber sido engañados en las obras de su arte, que tomaron á destajo, ó en almoneda, ni sobre ello sean oídos.



pañum a contrahentibus emptio, & venditio appo-  
 sitionem ad hoc ut, nisi intra certum tempus emptor sol-  
 verit pretium, nulla sit ipsa emptio, & venditio. *Est  
 in re communitis, & patet ex l. 2. § 5. ff. de lege com-  
 missoria, & cap. Significante 7. de pignoris, ubi vo-  
 catur pactum commissoria. Si emptor determinato  
 per pactum tempore pretium non solvit, dicitur lex com-  
 missa, & statim ipso jure res ad venditorem redit; l.  
 4. ff. de lege commissor. Communitis. Etiam si emptor a ven-  
 ditore ad solvendum non moneatur, aut interpelleretur;  
 leg. Si fundus 4. §. final. de lege commissor. In hoc enim  
 dies interpellat pro homine; leg. Magnam 12. Cod. de  
 contrahend. & commut. stip. (Vid. add. hup. novis. in fin.  
 verb. Emphyteusis.) Immo non solum res ipsa iterum  
 redit ad venditorem, sed etiam fructus interea ab em-  
 ptore percepti, & reliqua commoda, vel accessiones rei  
 eidem venditori restitui debent; l. Si fundus 4. §. l. Fun-  
 dus 5. ff. de l. commissor. quia ut ibi dicitur textus, nihil  
 penes cum residere oportet ex re, in qua fidem fecerit  
 set. Venditor tamen lege commissoria, seu pretio per em-  
 ptorem, statuto tempore, non soluto, habet in sua li-  
 bertate, vel pretium adhuc petere, vel rem venditam  
 una cum fructibus repetere, dummodo statim se resol-  
 vat, & semel alterutro electo, non amplius variet; tex-  
 tu expresso in l. Si fundus 4. ff. de lege commissor. ibi:  
 Eleganter Papinianus scribit, statim atque commissio  
 vest lex, statueret venditorem debere, utrum commis-  
 sionem velit exercere, aut potius pretium petere, nec  
 posse, si commissoria elegerit, postea variare: con-  
 tradicte? leg. 4. Cod. de pactis inter empt. Emptor autem  
 non habet hanc libertatem eligendi, sed debet prestare  
 id, quod venditor elegerit, arg. leg. 3. §. 4. ff. de leg. com-  
 missor. & ratio est clara, quia quod est introductum in  
 favore venditoris, eederet in eius odium, & damnum,  
 quod iniquum est, leg. 46. §. final. ff. de fidei. lib. leg. 6.  
 Cod. de legibus, & facti Regul. 61. Juris in 6. ibi: Quod  
 ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium  
 retorquendum. (Ad rem lex 38. §. 42. tit. 5. part. 5.)*

46 Pactum additionis in diem est pactum a contra-  
 hentibus venditioni appositum ad hoc, ut liceat ven-  
 ditori rem venditam denuo alteri emptori vendere, si in-  
 tra certum tempus aliquis meliorem conditionem pro  
 tali re offerat; *Est in re communitis; & desumitur ex*  
*l. 1. ff. de in diem addit. Dicitur, additio in diem, quia*  
*non statim addicitur, seu datur primo emptori irrevoc-*  
*abiliter, & perpetuo, sed in diem, id est ad certum*  
*tempus, intra quod si nullus emptor meliorem conditio-*  
*nem offerens appareat, addicitur tandem perpetuo, &*  
*irrevocabilit. Ille autem consuetur offerre meliorem con-*  
*ditionem, qui offerat aliquid, quod ad majorem utilita-*  
*tem, & commoditatem venditoris pertineat; l. Quid-*  
*quid 5. ff. de in diem addit. Si venditione cum pacto ad-*  
*ditionis in diem celebrata, intra tempus determinatum,*  
*alius emptor meliorem conditionem offerat, ut eam ven-*  
*ditor acceptet, statim ipso jure absque ulla alia actio-*  
*ne res vendita iterum redit ad venditorem; leg. Si quis*  
*hac lege 41. in princip. ff. de rei vend. Et tunc debet*  
*emptor restituere venditori nedum ipsam rem, sed etiam*  
*omnes fructus interea ex illa perceptos, & accessiones,*  
*& commoda illius, l. Item 6. ff. de in diem addit. Pos-*  
*test tamen emptor deducere expensas, quas interea in*  
*rem necessario facit, & venditor tenetur eas ipsi com-*  
*pensare, leg. Imperator 16. ff. de in diem addit.*

52 Pactum additionis in diem non potest suum sortiri  
 effectum, nisi concurrant sequentes conditiones. Prima  
 est, ut vere, & sincere absque dolo, & simulatione  
 ab alio emptore melior conditio offeratur venditori; al-  
 ter si dolose simulata meliori oblata conditione aequali  
 solum, vel minori pretio re ipsa alteri venderetur, se-  
 cunda venditio esset nulla, & dolosus venditor tene-  
 reat ad omnia damna emptoris; l. Si venditor 14. ff.  
 53 de in integrum diem addit. Secunda est, ut emptor primus  
 noit ipse oblata meliorem conditionem prestare, vel  
 adaequare, quia si prior emptor vellet prestare totum id,  
 quod sincere offert alius, subsistet venditio; leg. Licet  
 54 ff. de in diem addit. Tertia est, ut venditor oblata si se-  
 cundo emptore meliorem conditionem re ipsa acceptet,

quia si secundo huic emptori pro oblata meliori condi-  
 tione rem vendit recuset, uti revera potest, ex leg.  
 Sabinus 9. ff. de in diem addit. tunc subsistet prima  
 emptio etiam invito primo emptore, cit. loc. Sabinus, nisi  
 ipse primus emptor expresse conveniat cum venditore,  
 ut sibi liceret restituere, meliori ei conditione oblata; cit.  
 leg. Sabinus, quia ex Reg. 35. juris in 6. Contrahit ex  
 conventionem legem accipere dignoscuntur. Quarta est, ut  
 infra diem, seu tempus additionis venditor non mo-  
 riatur, vel si moriatur, adsit intra illud tempus haeres  
 idoneus, cui melior conditio possit offerri; leg. Si praed-  
 ius 14. ff. de in diem addit. (In praesentem materiam vi-  
 deatur lex 40. & 41. tit. 5. part. 5.)

Actio empti competit emptori. Eaque petitur  
 ut res vendita corporalis tradatur, incorporalis cedatur,  
 vel alio simili modo ejus quasi traditio fiat, una cum  
 fructibus perceptis a tempore venditionis, cum omni-  
 bus accessionibus, aut pacto speciali comprehensis, aut  
 ex generali natura emptiois solitis praestari. Clarissimus  
 Voet in Comment. ad Pandect. lib. 19. tit. 1. ad num. 4. ad  
 plur. sequent. illustrioribus exemplis, quae accessionis  
 jure in emptorem transire debeant, ostendit.

Actio venditi competit venditori. In id ea tendit, ut  
 emptor pretium solvat, impensas restituat a venditore  
 post venditionem factas, praestetque insuper omnia illa,  
 quae vel ex speciali pacto appositae, vel emptiois na-  
 tura praestari debent; potissime vero usuras ex mora,  
 Idque quia aequum est, ut dum res fruatur emptor, usurae  
 venditori cedant leg. 5. Cod. de action. empti.

Nec ab hac usurarum prestatione se ex eo sub-  
 ducere potest emptor, quod ab imminente rei venditae  
 ac traditae evulsionem, denegerat solutionem pretii,  
 aut venditor noluerit illud legitimo modo oblata ac-  
 ceptare; quam his in casibus oportuisset illud con-  
 signatum deponere, eo quod usurae pretii rerum ven-  
 ditarum non ex consideratione morae ex persona per  
 interpellationem introductae, sed propter conventionem,  
 aut moram ex re debentur: ne scilicet emptor simul lu-  
 cretur usuras pretii, & fructus rei, qualium usurarum  
 cursus neutquam sola sistitur oblatione, sed accedit  
 oportet depositio; leg. 19. Cod. de usur. Carpov. Juris-  
 prud. forens. part. 2. Constitut. 34. Definit. 38. Sande De-  
 vis. Frisic. lib. 3. tit. 14. Definit. 8.

Queri hic solet, uter prior contractum implere de-  
 beat, emptor an venditor. Facilis vero est responsio, ni-  
 mirum, quod is qui agit sive emptor, sive venditor sit,  
 prius ex latere suo implere, ac praestare debet omnia,  
 ad quae praestanda ex contractu illo obstrictus est, ne  
 alioquin per reum conventus exceptione contractus  
 ex latere actoris necdum impleri, repellatur; leg. 13.  
 §. 8. leg. 25. ff. de action. emptiois. & vend. leg. 25. leg. 27.  
 adit. edit. §. leg. 25. Cod. de Eviction.

Et, quod notandum est, exceptio contractus non  
 impleti ex parte actoris non a reo ipsam proponente,  
 probanda est, sed ab actore ex contractu veluti imple-  
 to agente, implementum probari debet. Et summa ra-  
 tione. Totum enim Actoris fundamentum in contractu  
 ex parte sua impleto consistit; necessario propterea  
 implementum illud ab adversario negatum probare de-  
 bet; Zanger. de exception. part. 3. cap. 22. num. 6. §. plur.  
 sequent.

In quacumque vero Judicii parte actori si objicia-  
 tur exceptio contractus non impleti, liberum ei est im-  
 pedimentum quantum offerre, atque hoc pacto effica-  
 cem reddere suam, quae ab initio laborabat petitionem,  
 arg. leg. 9. §. ult. ff. de pignorat. Actio. §. 1.

(In complementum hujus tractatus sollicite recog-  
 noscendus venit titulus toties citat. §. part. 5. septem &  
 sexaginta leges comprehendens, absque eo quod omitta-  
 tur perlectio glos. D. Gregor. Lopez, & expositio D. An-  
 ton. Gom. tom. 2. cap. 2. per tot.; etiamquae mente retine  
 quae infra verb. Evictio, demonstrantur.)

ENERGUMENI. Vid. Irregularitas, art. 1. num. 12. &  
 verb. Exorcista, num. 17.

EPICHEJA. Vid. verb. Lex, art. 5. ad num. 41. ad 43.

EPHEPTICI. Vid. verb. Irregularitas, art. 1. num. 13.

EPIPHANIA DOMINI. Vid. verb. Magi.

EPISCOPATUS.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopatus probabilis est Ordo Sacramentalis realiter distinctus ab ordine presbyterali.
- 2 Hac nostra sententia deducitur ex pluribus sacris canonibus. Primo, ex cap. Requisivit 1. de Ordinatione ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu.
- 3 Secundo ex cap. Episcopus non ordinatur 7. cum aliis sequentibus dist. 23.
- 4 Tertio ex cap. Clericus 1. dist. 21. cap. Perlectus 1. dist. 25. cap. Omnium Sacerdotum 1. dist. 21. cap. Quia Sanctitas 16. dist. 50. &c.
- 5 Colligitur etiam ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. & can. 6. ejusdem Sessionis &c.
- 6 Probabilis est, materiam episcopatus aequatam esse manuum impositionem: Formam vero haec verba; Accipite Spiritum Sanctum. Et ostenditur prima pars.
- 7 Ostenditur secunda pars.
- 8 Episcopatus secundum aliquos fuit institutus quando cap. 21. Joannis Christus dixit Petro: Pasce oves meas. Alii autem probabiliter dicunt institutum fuisse cum sacerdotio.
- 9 Episcopatus probabilis conferri non potest eodem die cum presbyteratu.
- 10 Ordo episcopatus debet conferri die Dominico.
- 11 Adducitur episcopatum omnium orbis exacta notitia cum novissimis mutationibus, erectionibus, elevationibus, & unionibus factis.
- 12 Episcopatus, & archiepiscopatus ab hoc numero duodecimo usque ad numerum 138. non summantur, quia sunt satis compendiose, & summarie ibi relati.
- 13 Alii episcopatus novissime erecti, ex supplemento Auctoris, ad num. 146.

Episcopatus probabilis est Ordo Sacramentalis realiter distinctus ab Ordine presbyterali; Sic Hostiensis in cap. Cum contingat num. 6. de eta. & quali. quem ibi sequuntur Joann. Andr. Butr. Cardin. Ancharan. Abbas, & ceteri omnes Canonistae; Gloss. in proam. textu Decret. verb. Episcopus; Gloss. unic. in cap. Sollicitudo, & ibi etiam Praeposit. num. 4. dist. 12. Gloss. in Clementin. in plerisque, verb. Aliquid de election. Abbas in capit. Aqua, de consecration. eccles. vel altor. Butr. in cap. unic. de Cleric. per saltum promot. Praeposit. in cap. Cler. g. dist. 21. Fagnan. in cap. Requisivit 1. de Ordinatione ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu, & ibi Canonistae communiter teste Card. ibid. num. 1. Barbosa de offic. & potestat. Episcop. part. 2. allegat. 1. num. 18. ubi pro hac sententia citat plusquam 18. etiam ex Theologis, quos sequuntur alii moderniores cum La Croix lib. 5. part. 2. num. 2206. Henno tom. 2. tract. 7. de sacramento Ordinis quest. 3. conclus. 2. Aversa quest. 2. sect. 7. Illung. num. 18. aliique plures contra torrentem aliorum Theologorum. Et ratio est, quia episcopatus, ut a presbyteratu distinctus habet omnia requisita ad verum ordinem, verumque sacramentum novae legis. Est enim caeremonia sensibilibus, cum episcopatus physice consistet ex impositione manuum, & verbis, quibus vultur minister, dum Sacerdotem consecrat in Episcopum. Et talis caeremonia fuit instituta a Christo, cum hujus non legatur in ecclesia initium, semper enim, & ubique gentium servata fuit in Episcoporum consecratione manuum impositio, etiam ab ipsismet Apostolis, ut patet ex utraque epistola mox citanda D. Pauli Apostoli ad Timotheum; quod signum est a Christi descedere. Et per talem sensibilem caeremoniam confertur gratia sanctificans, ut expressit assertit Apostolus in prima epist. ad Timoth. cap. 4. ibi: "Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi, cum impositione manuum presbyteri;?" & epist. 2. ad eund. c. 1. ibi: "Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum:?" quem duplicem

locum Chrysostomus, Theophylactus, & passim alii Patres intelligunt de manuum impositione, quam Paulus adhibuit, cum Timotheum ordinavit Episcopum; & Tridentina Synodus sess. 23. cap. 3. iisdem Pauli verbis utitur, ut probet ordinationem esse sacramentum; adeoque cum ea verba Paulus de episcopali ordinatione intellexerit, manifeste probant ipsum Episcopatum esse vere, ac proprie novae legis sacramentum distinctum a presbyteratu. Tum quia per episcopatum, ut episcopatum, confertur specialis potestas spiritualis, nempe confirmandi, conficiendi chrisma, ordinandi Sacerdotes, Diaconos &c. quae potestas non confertur per presbyterum; unde cum talis potestas valide conficiendi dicta sacramenta neque per Summum Pontificem possit ab Episcopis auferri, ex quo episcopalis ordinatio tamquam characteristica sit irrepetibilis, & indelebilis, stat evidenter, quod non sit potestas solius jurisdictionis, sed potestas Ordinis.

Hac nostra sententia deducitur ex pluribus sacris canonibus. Primo ex cap. Requisivit 1. de ordinatione ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu, ubi declaratur, quod ordinati scienter ad sacros ordines ab Episcopo, qui renuntiavit loco, & dignitati, ordinem accipiunt, licet officii executionem non habeant; quod non esset, nisi Episcopus indelebilem characterem haberet impressum, ut clare sentit Glossa communiter recepta in cit. cap. Requisivit, verb. Execution. Secundo in Concilio Carthaginensi IV. ubi praescribitur ritus observandus in singulis Ordinibus conferendis, & incipitur ab ordinatione Episcopi, ut patet in cap. Episcopus cum ordinatione 7. in cap. Presbyter cum ordinatione 8. cap. Diaconus cum ordinatione 11. cap. Subdiaconus cum ordinatione 15. cap. Acolythus cum ordinatione 16. cap. Exorcista cum ordinatione 17. cap. Lector cum ordinatione 18. cap. Ostiarius cum ordinatione 19. dist. 23. Qui canones sicut intelliguntur de Ordinatione Presbyteri, Diaconi, & aliorum, prout sunt sacramentum, eodem modo intelligendi sunt de Ordinatione Episcopi, cum per eademmet verba loquantur de Presbytero cum ordinatione, ac de Episcopo cum ordinatione. Et eo magis, quia si egissent de Ordinibus prout sunt officia, & gradus ecclesiastici, eodem modo debuissent praescribere ritum observandum in ordinatione Abbatis, Archiepiscopi, Primatis, & Patriarchae, ut recte notat ad litteram Fagnan. loc. cit. num. 43. Tertio ex cap. Clerus 1. dist. 21. cap. Perlectus 1. dist. 25. cap. Omnium Sacerdotum 1. dist. 31. cap. Quia Sanctitas 19. dist. 50. cap. Illud 1. dist. 77. cap. Diaconus 15. dist. 93. cap. Veritatis 4. de dolo, & canonibus, cap. Quorundam 1. de resumptione cap. Aqua 9. de consecrat. eccles. qui omnes canones cum aliis recte expenduntur pro nostra sententia a Fagnano loc. cit. a num. 34. ad 49. inclusive.

Colligitur etiam hac nostra sententia ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. adeoque oppositum tenere ut recte dicit Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 11. num. 26. sit peticulum, siquidem Concilium Tridentinum ibi Episcopatum expresse inter Ordines connumerat, dum ait; docet insuper Sacrosancta Synodus in Ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum &c. quae verba satis clare innunt, Ordinem episcopalem non solum esse distinctum ab ordine sacerdotali, sed etiam esse sacramentum, sicuti est presbyteratus, & ceteri Ordines, ponderando illam distinctionem Ceterorum, quae ex propria significatione est implicitiva similium. Glossa in cap. Deinde 3. dist. 26. & ibi Geminan. & Praeposit. Glossa in cap. Et si illa 23. caus. 1. quest. 7. verb. Scienda sunt. Praesertim vero, quia in Canone 6. ejusdem sess. Sancta Synodus definit sacram Ordinationem vere, & proprie esse sacramentum a Christo Domino institutum; & pro sacra ordinatione intelligenda est ordinatio illa, de qua prius mentionem fecerat in d. cap. 4. videlicet Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum. Sic egregie Fagnan. loc. cit. num. 47. & 48. qui a num. 68. ad 71. inclusive verba adducens, & Tridentinum laetius expendens concludit, constare ex divina institutione, seu jure divino ordinem episcopalem esse proprius distinctum ab Ordine presbyterali, adeoque dicen-